De Gerberto tribus Philoſophiae partibus laureato.

CHRISTIANVS GOTTLIEB IOECHER
ORDINIS PHILOSOPHORVM PROCANCELLARIVS
S. P. D.
MAGISTERII CANDIDATIS.

Ad erigenda ingenia, confirmandos in ſtudiis animos, alliciendosque ad literas ſpe praemiorum iuuenes, inſignem eſſe vim et vſum honorum qui in Academiis diſtribuuntur, etſi nemo temere negauerit; fluctuare tamen literatiſſimos quosque imo haerere eosdem videas, ſi temporis articulum determinare conantur, quo primum iſta brabea diſpenſauerint in ſcholis doctores. Communis eſt eaque maxime probabilis ſententia, ante ſeculum duodecimum et decimum tertium eiusmodi literatorum titulos non fuiſſe in vſu. Verum enim vero HERMANNVS KIRCHNERVS, ICtus olim et hiſtoricus Academiae Marpurgenſis, in oratione *de illuſtriſſimae familiae ducibus et principibus, de comitibus ac baronibus, de nobilibus etc. in Academiis, ſuperioribus ſeculis, magiſtris et doctoribus promotis*, quae in Orationum eius volumine ſecundo p. 65. extat, iam decimo ſeculo artium Magiſtrum in Germania ſe inueniſſe exiſtimat, illuſtrem virum PHILIPPVM, in Henrici Aucupis aula conſiliarium, de quo ita pronuntiat: *Iure admiremur magiſtrorum omnium primum, quem ex Germanorum nobilitate annales noſtri nominatum expreſſum habent, Philippum, qui Henrici Aucupis hiſtoria praedicatur, tum nobili genere, tum eruditione, tum iudicio et conſilio ſingulari.* Et poſt alia: *Maxime vero cum memorabile tum honorificum magiſtrorum nomini hoc quis exemplum non exiſtimet? Primum fere omnium magiſtrorum, quem ex hiſtoriis noſtris ſciamus, in Germania virum et nobilem et ſummum ſummi principis conſiliarium, et longe fortiſſimi et laudatiſſimi conſilii, nobiliſſimique ordinis et inſtituti principem ac auctorem nominari?* Sed bonum hic dormitaſſe Homerum atque humani quicquam paſſum eſſe KIRCHNERVM, mihi eſt perſuaſiſſimum. Quem enim fugit, Magiſtri titulum eo aeuo potius ὑπερλαμπρᾶς τιμῆς axioma, quam doctorum in ſcholis ornamentum fuiſſe, iis tributum, quibus praecipua rerum quarundam cura incumbebat, ſiue qui quamcunque praefecturam gerebant, quemadmodum magiſtros equitum, magiſtros ſcripturae, magiſtros pagi, magiſtros horreorum, magiſtros ceremoniarum, magiſtros palatii habemus ea aetate quamplurimos; quibus aulae luminibus iſte Henrici Aucupis PHILIPPVS, rectius quam vmbraticis Gymnaſiorum doctoribus adſcribitur. SIMON FRIDER. HAHNIVS eiusmodi ſcholaſticorum honorum ſeculo quoque decimo, in quadam Ottonis III. R. I. ad GERBERTVM praeceptorem Epiſtola, veſtigii aliquid deprehendiſſe ſibi videtur, in qua Imperator GERBERTVM diuinorum peritiſſimum atque tribus philoſophiae partibus laureatum vocat; e quo concludit HAHNIVS, fuiſſe iam tunc promotiones, minimum apud Philoſophos in vſu, in *Introduct. ad Hiſtoriam Imperialem* Tom. II. p. 168. Epiſtola Imperatoris qua iſtis vtitur verbis, eſt inter Gerbertianas CLIII, extatque inter reliquas eius, in Bibliothec. P. P. Lugdunenſis Tomo XVII. p. 689. atque hanc gerit in fronte inſcriptionem. *G. Diuinorum peritiſſimo atque tribus philoſophiae partibus laureato, Otto quod ſibi:* Quibus praemiſſis ita literas auſpicatur Imperator: *Amantiſſimae Veſtrae dilectionis, omnibus venerandam nobis adiungi volumus excellentiam, et tanti patroni ſempiternam nobiſcum Stabilitatem adoptamus, quia veſtrae doctrinae diſciplinata proceritas noſtrae ſimplicitati ſemper fuit haud faſtidiens autoritas.* Patet hinc, quanta fuerit GERBERTI apud Imperatorem exiſtimatio. Et ſi dicendum quod res eſt, GERBERTVS literis apprime erat inſtructus, Aſtronomiae et Geometriae ſupra genium ſeculi ſui gnarus, atque doctrina omnibus iſtius aetatis palmam in occidente praeripiebat. His artibus cum adeo emineret, in principum aulas e monaſterio Floriacenſi vocatus, Robertum Galliarum regem, tum vero Ottonis II. in Germania filium, qui dein ſub Ottonis III. nomine patrem in regno ſecutus eſt, literis imbuit, Remenſem epiſcopatum ideo Hugonis Capeti beneficio adeptus, fauente Ottone porro Rauennatum epiſcopus conſtitutus, et eodem Ottone patrocinante, tandem in ſummam romanae eccleſiae ſedem ſub SYLVESTRI II. nomine elatus eſt. Tribuerunt haec omnia, homines in ſeculorum illorum tenebris viuentes, quibus literas noſſe et ſupra vulgus ſapere, crimini erat, magicis artibus, atque IOHANNES WOLFIVS in *Lection. memorab.* T. I. p. 620. e PETRO praemonſtratenſi et BENNONE obſeruat, GERBERTVM iuuenem in Hiſpaniam et quidem Hiſpalin deueniſſe, vbi philoſopho Saraceno magiae perito adhaeſit, atque apud eum non eruditione ſolum, ſed et ambitione creuit. Quid quod MARTINVS POLONVS in Chronico ad A. 1000. non erubeſcat dicere, GERBERTVM diabolo per incantationes accito, homagium feciſſe, vt ſibi omnia ad votum ſuccederent? Aſt quemadmodum GERBERTVS, BZOVIVM, NAVDEVM, celeb. KOELERVM et alios plures iam olim defenſores nactus eſt, ita eius cauſam nuper egit auctor anonymus, qui gallico idiomate pontificum vitas exponit, et Tom. II. p. 307. ex mea ſententia vere de eo pronuntiat: *C'etoit alors le Siecle des diableries: mais à préſent, on ne croira pas que le Demon puiſſe diſpoſer des dignites:* et poſt alia: *Il etoit le plus habile homme de ſon tems, fin, ruſé, politique, ſachant parfaitement l'art de s'inſinuer. Voila en quoi conſiſterent tous ſes ſortileges.* Quidquid vero eius ſit, GERBERTVM doctrina ſupra pleroſque ſuae aetatis homines caput extuliſſe, nemo inficiabitur, quod ſcripta eius, fama et exiſtimatio abunde probant. In eo vero vt HAHNIO accedam, quod Magiſterii philoſophici gradu inſignitus fuerit GERBERTVS, impetrare a me neutiquam poſſum. Nullus enim iſtius aut ſequentium temporum Scriptor, graduum academicorum vllam facit mentionem: et qui GERBERTI fata ac merita ex inſtituto illuſtrarunt, BENNO, DITHMARVS, MATTHAEVS WESTMONASTERIENSIS, PLATINA, CIACONIVS, BARONIVS, FLEVRIVS, anonymus gallus pontificum biographus, de ea honoris acceſſione penitus tacent. Quin et ipſe GERBERTVS, in epiſtolis quibus plurima vitae ſuae momenta illuſtrat, ne verbulo quidem de eiusmodi dignitate ſibi collata, quicquam commemorat. Iſta vero imperatoris verba, quibus nititur HAHNIVS, id quod probare debent, minime aſſerunt. Tribus philoſophiae partibus laureatus dicitur, qui triplici ex philoſophiae cognitione laurea dignus eſt, aut cui trium in philoſophia diſciplinarum eminentior cognitio, triplicem quaſi lauream imponit. Abſoluebatur enim fere iſtis temporibus philoſophiae circulus, trium artium, Grammaticae, Rhetoricae, et Dialecticae ſtudio, in quibus cum ad ſolidiorem doctrinam graſſatus eſſet GERBERTVS, vt de Matheſeos peritia taceam, triplici eum laurea Imperator dignum pronuntiat. Quibus omnibus rite expenſis, in ea adhuc perſtamus ſententia, ante ſeculum XII. aut XIII. honores et gradus academicos non fuiſſe adhibitos, atque in ea opinione inde maximopere confirmamur, quod ante iſtud ſeculum nullae omnino academiae fuerint conditae. Celebratur equidem iam ante ea tempora ſchola Pariſienſis. Sed quemadmodum inter ſcholam inferiorem et ſuperiorem ingens intercedit diſcrimen: ita Pariſienſem ſcholam iam ante iſtud aeuum ſuos habuiſſe praeceptores, quemadmodum monaſteriis ſui erant Scholaſtici, lubenter concedimus, aſt publico ac ſolenni ritu artium doctores fuiſſe creatos, tamdiu dubitamus, donec monumentis magis idoneis probetur contrarium. Manet interim literis adhuc hodie ſuus honos, quarum cum in hac etiam Academia quotannis praemia et ornamenta diſtribuantur, ad eadem nunc quoque capeſſenda ſtudioſos iuuenes voco atque inuito. Facio id autoritate atque auſpiciis Sereniſſimi et Reuerendiſſimi Principis, Domini HENRICI, *Ducis Saxoniae, Iuliae, Cliuiae, Montium, Angriae, Weſtphaliae, poſtulati Adminiſtratoris epiſcopatus Martisburgenſis, Landgrauii Thuringiae, Marchionis Miſniae, vt et ſuperioris ac inferioris Luſatiae, comitis principali dignitate Hennebergici, comitis de Marca et Rauensberg, Domini in Rauenſtein,* Cancellarii huius Academiae perpetui, Domini mei clementiſſimi, qui eminens Procancellarii munus mihi hoc tempore demandauit. Agite itaque, qui in Muſarum caſtris adhuc fortiter egiſtis, et ad brabea adſpiratis, earum cultoribus deſtinata, ad me accedite et nomina date; de beneuolentia noſtri Ordinis perſuaſi, qui aditum vobis ad ſummos in Philoſophia honores, me interprete patefacit et munit. P. P. Lipſiae A. R. S. M DCC XXXV. Domin. I. Aduentus.

LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-172600235-16

F.K. 124. 74.

II i 1692

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-172600235-16

FK II: 1692

VD18
X 3456183

11C

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-172600235-16

De Gerberto tribus Philoſophiae partibus laureato.

CHRISTIANVS GOTTLIEB IOECHER

ORDINIS PHILOSOPHORVM PROCANCELLARIVS

S. P. D.

MAGISTERII CANDIDATIS.

Ad erigenda ingenia, confirmandos in ſtudiis animos, alliciendosque ad literas ſpe praemiorum iuuenes, inſignem eſſe vim et vſum honorum qui in Academiis diſtribuuntur, etſi nemo temere negauerit; fluctuare tamen literatiſſimos quosque imo haerere eosdem videas, ſi temporis articulum determinare conantur, quo primum iſta brabea diſpenſauerint in ſcholis doctores. Communis eſt eaque maxime probabilis ſententia, ante ſeculum duodecimum et decimum tertium eiusmodi literatorum titulos non fuiſſe in vſu. Verum enim vero HERMANNVS KIRCHNERVS, ICtus olim et hiſtoricus Academiae Marpurgenſis, in oratione *de illuſtriſſimae familiae ducibus et principibus, de*
comitibus ac baronibus, de nobilibus etc. in Academiis, ſuperioribus ſeculis, magiſtris et doctoribus promotis, quae in Orationum eius volumine ſe-
cundo p. 65. extat, iam decimo ſeculo artium Magiſtrum in Germania ſe inueniſſe exiſtimat, illuſtrem virum PHILIPPVM, in Henrici Au-
ium, de quo ita pronuntiat: *Iure admiremur magiſtrorum omnium primum, quem ex Germanorum nobilitate annales noſtri nominatum expreſſum*
qui Henrici Aucupis hiſtoria praedicatur, tum nobili genere, tum eruditione, tum iudicio et conſilio ſingulari. Et poſt alia: *Maxime vero cum*
onificum magiſtrorum nomini hoc quis exemplum non exiſtimet? Primum fere omnium magiſtrorum, quem ex hiſtoriis noſtris ſciamus, in Germa-
n et ſummum ſummi principis conſiliarium, et longe fortiſſimi et laudatiſſimi conſilii, nobiliſſimique ordinis et inſtituti principem ac auctorem no-
m hic dormitaſſe Homerum atque humani quicquam paſſum eſſe KIRCHNERVM, mihi eſt perſuaſiſſimum. Quem enim fugit, Magiſtri
otius ὑπερλαμπρᾶς τιμῆς axioma, quam doctorum in ſcholis ornamentum fuiſſe, iis tributum, quibus praecipua rerum quarundam cura in-
i quamcunque praefecturam gerebant, quemadmodum magiſtros equitum, magiſtros ſcripturae, magiſtros pagi, magiſtros horreorum,
niarum, magiſtros palatii habemus ea aetate quamplurimos; quibus aulae luminibus iſte Henrici Aucupis PHILIPPVS, rectius quam vm-
rum doctoribus adſcribitur. SIMON FRIDER. HAHNIVS eiusmodi ſcholaſticorum honorum ſeculo quoque decimo, in quadam Ottonis
RTVM praeceptorem Epiſtola, veſtigii aliquid deprehendiſſe ſibi videtur, in qua Imperator GERBERTVM diuinorum peritiſſimum
phiae partibus laureatum vocat; e quo concludit HAHNIVS, fuiſſe iam tunc promotiones, minimum apud Philoſophos in vſu, in *in Intro-*
perialem Tom. II. p. 168. Epiſtola Imperatoris qua iſtis vtitur verbis, eſt inter Gerbertianas CLIII, extatque inter reliquas eius, in Biblio-
nſis Tomo XVII. p. 689. atque hanc gerit in fronte inſcriptionem. *G. Diuinorum peritiſſimo atque tribus philoſophiae partibus laureato, Otto*
praemiſſis ita literas auſpicatur Imperator: *Amantiſſimae Veſtrae dilectionis, omnibus venerandam nobis adiungi volumus excellentiam, et tan-*
nam nobiſcum Stabilitatem adoptamus, quia veſtrae doctrinae diſciplinata proceritas noſtrae ſimplicitati ſemper fuit haud faſtidiens autoritas.
fuerit GERBERTI apud Imperatorem exiſtimatio. Et ſi dicendum quod res eſt, GERBERTVS literis apprime erat inſtructus, Aſtro-
triae ſupra genium ſeculi ſui gnarus, atque doctrina omnibus iſtius aetatis palmam in occidente praeripiebat. His artibus cum adeo
pum aulas e monaſterio Floriacenſi vocatus, Robertum Galliarum regem, tum vero Ottonis II. in Germania filium, qui dein ſub Ottonis
in regno ſecutus eſt, literis imbuit, Remenſem epiſcopatum ideo Hugonis Capeti beneficio adeptus, fauente Ottone porro Rauennatum
us, et eodem Ottone patrocinante, tandem in ſummam romanae eccleſiae ſedem ſub SYLVESTRI II. nomine elatus eſt. Tribuerunt haec
eculorum illorum tenebris viuentes, quibus literas noſſe et ſupra vulgus ſapere, crimini erat, magicis artibus, atque IOHANNES WOL-
morab. T. I. p. 620. e PETRO praemonſtratenſi et BENNONE obſeruat, GERBERTVM iuuenem in Hiſpaniam et quidem Hiſpalin de-
pho Saraceno magiae perito adhaeſit, atque apud eum non eruditione ſolum, ſed et ambitione creuit. Quid quod MARTINVS POLONVS
ooo. non erubeſcat dicere, GERBERTVM diabolo per incantationes accito, homagium feciſſe, vt ſibi omnia ad votum ſuccederent? Aſt
RBERTVS, BZOVIVM, NAVDEVM, celeb. KOELERVM et alios plures iam olim defenſores nactus eſt, ita eius cauſam nuper egit auctor
ico idiomate pontificum vitas exponit, et Tom. II. p. 307. ex mea ſententia vere de eo pronuntiat: *C'etoit alors le Siecle des diableries: mais*
a pas que le Demon puiſſe diſpoſer des dignites: et poſt alia: *Il etoit le plus habile homme de ſon tems, fin, ruſé, politique, ſachant parfaitement*
Voila en quoi conſiſterent tous ſes ſortileges. Quidquid vero eius ſit, GERBERTVM doctrina ſupra plerosque ſuae aetatis homines ca-
inficiabitur, quod ſcripta eius, fama et exiſtimatio abunde probant. In eo vero vt HAHNIO accedam, quod Magiſterii philoſophici gra-
GERBERTVS, impetrare a me neutiquam poſſum. Nullus enim iſtius aut ſequentium temporum Scriptor, graduum academicorum
em: et qui GERBERTI fata ac merita ex inſtituto illuſtrarunt, BENNO, DITHMARVS, MATTHAEVS WESTMONASTERIENSIS,
ONIVS, BARONIVS, FLEVRIVS, anonymus gallus pontificum biographus, de ea honoris acceſſione penitus tacent. Quin et ipſe
piſtolis quibus plurima vitae ſuae momenta illuſtrat, ne verbulo quidem de eiusmodi dignitate ſibi collata, quicquam commemorat. Iſta
erba, quibus nititur HAHNIVS, id quod probare debent, minime aſſerunt. Tribus philoſophiae partibus laureatus dicitur, qui triplici ex
tione laurea dignus eſt, aut cui trium in philoſophia diſciplinarum eminentior cognitio, triplicem quaſi lauream imponit. Abſoluebatur
oribus philoſophiae circulus, trium artium, Grammaticae, Rhetoricae, et Dialecticae ſtudio, in quibus cum ad ſolidiorem doctrinam graſſa-
vs, vt de Matheſeos peritia taceam, triplici eum laurea Imperator dignum pronuntiat. Quibus omnibus rite expenſis, in ea adhuc per-
e ſeculum XII. aut XIII. honores et gradus academicos non fuiſſe adhibitos, atque in ea opinione inde maximopere confirmamur, quod ante
omnino academiae fuerint conditae. Celebratur equidem iam ante ea tempora ſchola Pariſienſis. Sed quemadmodum inter ſcholam infe-
n ingens intercedit diſcrimen: ita Pariſienſem ſcholam iam ante iſtud aeuum ſuos habuiſſe praeceptores, quemadmodum monaſteriis ſui erant Scholaſtici, lubenter concedimus, aſt publico ac ſolenni ritu artium doctores fuiſſe creatos, tamdiu dubitamus, donec monumentis magis idoneis probetur contrarium. Manet interim literis adhuc hodie ſuus honos, quarum cum in hac etiam Academia quotannis praemia et ornamenta diſtribuantur, ad eadem nunc quoque capeſſenda ſtudioſos iuuenes voco atque inuito. Facio id autoritate atque auſpiciis Sereniſſimi et Reuerendiſſimi Principis, Domini HENRICI, *Ducis Saxoniae, Iuliae, Cliuiae, Montium, Angriae, Weſtphaliae, poſtulati Adminiſtratoris epiſcopatus Martisburgenſis, Landgrauii Thuringiae, Marchionis Miſniae, vt et ſuperioris ac inferioris Luſatiae, comitis principali dignitate Hennebergici, comitis de Marca et Rauensberg, Domini in Rauenſtein*, Cancellarii huius Academiae perpetui, Domini mei clementiſſimi, qui eminens Procancellarii munus mihi hoc tempore demandauit. Agite itaque, qui in Muſarum caſtris adhuc fortiter egiſtis, et ad brabea adſpiratis, earum cultoribus deſtinata, ad me accedite et nomina date; de beneuolentia noſtri Ordinis perſuaſi, qui aditum vobis ad ſummos in Philoſophia honores, me interprete patefacit et munit. P. P. Lipſiae A. R. S. M DCC XXXV. Domin. I. Aduentus.

LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-172600235-16